

5201 litteris bonis et magnis. Nembri rep. ROTA. Nembri in aedibus Tassoni MAIRONI. Nunc Bergomi in museo.

BALBIO
RVFI · L · PAL
VIO

Descripti. Rota ms.; Maironi 2, 193; inscr. Athenaei 1856 n. 30.

5202 Nembri rep., dum fundamenta ecclesiae parochialis fiunt; comes Lupi dedit museo Bergomati ROTA. Ibidem extat.

protome
viri
L COELI COR
NELIANI · PVRI
INNOCENTISSIM
ADV L E S C E N T I
5 SVMMAE AEQVI
TATIS · ANTISTITI
VERITATIS OMNIUM
RERVM BONARVM
MELIORI
10 L COELIVS CRISPINIANVS
CONTRA VOTVM
LIA

Descripti. Rota ms.

5203 Anese s. Nese in muro ecclesiae parochialis ROTA. Già incastrata nel campanile, ora presso il sig. Giuseppe Beltramelli TIRABOSCHI. Nunc Bergomi apud comitem Sozzi.

S V R A E · C O R
QVI · V I C A N I S · B R O
A N E S I A T I B U S · P R A T V M
N V M · L O S C I A N · V I V V . . .
5 D E D I T · E X · C V I V S · R E D / i u . . .

Contuli. Rota ms., cui dedit comitissa Passi Carrara; Tiraboschi *storia della letter. Ital.* in additamentis ad t. VIII (vol. X p. 353 ed. Romae 1797; inde Orelli 4907).

2 BROmanensibus proposuit Rota, ut significetur vicus hodie Brumano primo ab Anesio lapide.

5204 Introbbii (in Valsassina) rep. a. 1832 in loco q. d. Caravéro.

I N V I C T O
V · S
C · V · R V F I N V S
V · L · V

Arrigoni *Valsassina* 1840 p. 30, qui ineditam ait.

5205 Introbbii (in Valsassina) rep. m. Iul. a. 1839 ad antiquam ecclesiam S. Michaelis, deinde apud Arrigonum.

A
ATI
ONI
CIN
ED

Arrigoni *Valsassina* 1840 p. 30.

5206 rep. a. 1756 in villa Cortabbio in Valsassina in altari ecclesiae; deinde Brixiae in bibliotheca olim, iam in museo.

B M
HIC REQVIESCIT
IN PACE FLORA
QVE VIXIT · IN SE
5 CVLO AN PM XXX
CESSIT SVB D XV
KAL APRILIS POST p. C. 425
CONS · CASTINI
VC

Contuli. Habent Franc. Roncalli Paolino *memoria sopra un antico marmo Cristiano* (Brixiae 1760. 4.) pp. VIII (inde Donat. 192, 2; Allegranza sep. chr. p. 2; Redaelli *Brianza* 1, 190); Ioli cat. mus. Brix. f. 20; Labus apud Ferrarium *monumenti di S. Ambrogio* (Mediol. 1824) p. 60; Brunati *santi Bresc.* ed. 1 p. 201, ed. 2 2, 198.

Cf. Rossi inscr. chr. 1, 279.

LIX. Ad lacus Larium (*lago di Como*) et Clisium (*lago di Lugano*).

Ad lacum Larium sive Comacenum (quo nomine iam appellatur in itinerario Antonini p. 278) quae reperiuntur epigrammata, hoc capite composita habes. Coepi in iis recensendis a lacu Leccensi pagis Brivio Lorentinò Garlate Galbiate Lecco Olate; his subiunxi reperta inter duos lacus Leccensem et Comensem proprie ita dictum cum in valle Assina ad Assium et Lasnigum tum in ripa Torni, Lezzeni, Bellagii; ea excipiunt reperta in ripa occidentali ad vicos Urio, Carate, Brieno, Ossuccio, Lenno, Tremezzo, Rezzonico, Gravedona, Surico. Haec omnia olim comprehensa fuisse pertica Comensi constat, quaeque in his reperiuntur municipalia, cum institutis Comensibus convenient. Nos hoc

loco significabimus duos titulos, qui pagorum antiquorum nomina servant, nempe n. 5216 dedicatum *genio Asc.* . . . pertinentem ad Assum vallemque Assinam et n. 5227 dedicatum *matronis et geniis Ausuciatum* repertum Ossuccii, cuius pagi nomen antiquum item sic comperimus. Praeterea notabilis est copia titulorum saeculi quinti et sexti christianorum per universam hanc regionem dispersorum.

Regionis subalpinae supra lacum Comensem aliquam notitiam servarunt ex scriptis libris quos habemus sola itineraria ita viam enarrantia Como Curiam:

Peutingeranum:
Curia
| XXII
Lapidaria
| XVII
Cunu aureu
| X
Taruessedo
| XX
Clavenna
| XVIII
[ad lacum]
| LX*)
Como

Haec est via adhuc frequentata per montem Spluegen, qui mons incidit in stationem Taruesedum. Altera via, quam sic enarrat Antonianum solum p. 277: Curia — XX — Tinnetione — XV — Muro — XX — Summolacu — XV — Como — XVIII (sic) — Mediolano, cum tota perturbata sit, tamen crediderim verum vidi Cluverium (Ital. ant. p. 110. 412) significari viam a Clavenna per Pregagliae vallem et Alpem cui Septimer nomen est ducentem in vallem Oberhalbstein et ita Curiam, ut

Antoninianum p. 278:

Curia
| LX
Taruesede
| XV
Clavenna
| X
ad lacum Comacenum
per la|cum LX**)
Comum

Tinnetio sit Tinzen in hac valle, Summus lacus vicus qui nunc dicitur Samolaco non longe a Chiavenna versus lacum Comensem. Universa haec regio inscriptionibus caret, nisi quod fortasse unum titulum n. 5243 habet Clavenna. Videntur autem omnia ea quae a summa Alpe, id est a monte Spluegen, in meridiem vergunt, Comensium pertica olim comprehensa fuisse, cum Romana aetate terminos Italiae parum probabile sit circa summas Alpes stetisse; unde etiam Strabo 4, 6, 6 p. 204 Comum

*) Numerum LX in tabula alio delatum ad suum locum revocavimus.

**) Cf. etiam Cassiodorus var. 11, 14: (Comum) *a fronte sexaginta milibus dulcissimi aequoris amoenitate perfruitur.*